

**DOMENICA DI PASQUA  
RISURREZIONE DEL SIGNORE**

**MESSA DEL GIORNO  
CELEBRATA DAL SANTO PADRE  
FRANCESCO**

**BASILICA DI SAN PIETRO, 12 APRILE 2020**

## RITI DI INTRODUZIONE

O FILII ET FILIÆ

*La schola e l'assemblea:*

The musical notation is presented in two staves. The top staff begins with a quarter note, followed by a half note, another quarter note, and a half note. The bottom staff begins with a quarter note, followed by a half note, another quarter note, and a half note. The lyrics 'Alleluia' are written below the notes, corresponding to the musical rhythm.

*La schola:*

1. O filii et filiæ,  
rex cœlestis, rex gloriæ,  
morte surrexit hodie,  
alleluia. **R.**
2. Et mane prima sabbati,  
ad ostium monumenti  
accesserunt discipuli,  
alleluia. **R.**
3. Et Mariæ Magdalenæ,  
et Iacobi, et Salome,  
venerunt corpus ungere,  
alleluia. **R.**
4. In albis sedens Angelus  
prædictus mulieribus:  
in Galilæa est Dominus,  
alleluia. **R.**
5. Et Ioannes apostolus  
cucurrit Petro citius,  
monumento venit prius,  
alleluia. **R.**
6. Discipulis astantibus,  
in medio stetit Christus,  
dicens: Pax vobis omnibus,  
alleluia. **R.**
7. In hoc festo sanctissimo  
sit laus et iubilatio,  
benedicamus Domino,  
alleluia. **R.**
8. De quibus nos humillimas  
devotas atque debitas  
Deo dicamus gratias,  
alleluia. **R.**

*Il Santo Padre:*

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

R. Amen.

Pax vobis.

R. Et cum spiritu tuo.

### Atto penitenziale

*Il Santo Padre:*

Fratres, agnoscamus peccata nostra,  
ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

*Pausa di silenzio.*

*Il Santo Padre e l'assemblea:*

Confiteor Deo omnipotenti et vobis, fratres,  
quia peccavi nimis  
cogitatione, verbo, opere et omissione:  
mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.  
Ideo precor beatam Mariam semper Virginem,  
omnes Angelos et Sanctos,  
et vos, fratres, orare pro me  
ad Dominum Deum nostrum.

*Il Santo Padre:*

Misereatur nostri omnipotens Deus  
et, dimissis peccatis nostris,  
perducat nos ad vitam æternam.

R. Amen.


**Kyrie**

(*Lux et origo*)

*La schola:*

*L'assemblea:*


VIII




*La schola:*



*L'assemblea:*



*La schola:*



**Gloria**  
*(Lux et origo)*

*Il cantore:*

IV

*La schola:*

Glo-ri- a in excel-sis De- o et in ter-

*L'assemblée:*

ra pax ho-mi-nibus bonæ vo-lunta- tis. Laudamus te,

*La schola:*

*L'assemblée:*

*La schola:*

be-ne-di-ci- mus te, ado-ramus te, glo-ri- fi-ca-mus

*L'assemblée:*

te, gra-ti- as a-gimus ti- bi propter magnam glo-

*La schola:*

ri- am tu- am, Domi-ne De- us, Rex cæ- le-stis, De- us

*L'assemblée:*

Pa- ter omni-po-tens. Domine Fi-li Uni-ge-ni-te, Ie-

*La schola:*

su Chris-te, Do- mi-ne De- us, Agnus De- i, Fi-

*L'assemblée:*

li- us Pa-tris, qui tol-lis pecca-ta mun-di, mi-se-re-re

*La schola:*

no- bis; qui tol-lis pecca-ta mundi, susci-pe depre-ca-

*L'assemblée:*

ti- o-nem nostram. Qui se-des ad dex- te-ram Pa-tris,

*La schola:*

mi-se-re-re no- bis. Quoni- am tu so-lus Sanctus,

*L'assemblea:*

*La schola:*

tu so-lus Do- mi-nus, tu so-lus Altissimus, Ie-su

*L'assemblea:*

Chris-te, cum Sancto Spi- ri- tu: in glo-ri- a De-

*La schola e l'assemblea:*

i Pa- tris. A- men.

**Colletta**

*Il Santo Padre:*

Oremus.

Deus, qui hodierna die, per Unigenitum tuum,  
æternitatis nobis aditum, devicta morte, reserasti,  
da nobis, quæsumus,  
ut, qui resurrectionis dominicæ sollemnia colimus,  
per innovationem tui Spiritus  
in lumine vitæ resurgamus.

Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum,  
qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus,  
per omnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

## LITURGIA DELLA PAROLA

### Prima lettura

*Noi abbiamo mangiato e bevuto con lui  
dopo la sua risurrezione dai morti.*

Dagli Atti degli Apostoli

10, 34a. 37-43

In quei giorni, Pietro prese la parola e disse: «Voi sapete ciò che è accaduto in tutta la Giudea, cominciando dalla Galilea, dopo il battesimo predicato da Giovanni; cioè come Dio consacrò in Spirito Santo e potenza Gesù di Nazaret, il quale passò beneficiando e risanando tutti coloro che stavano sotto il potere del diavolo, perché Dio era con lui.

E noi siamo testimoni di tutte le cose da lui compiute nella regione dei Giudei e in Gerusalemme. Essi lo uccisero appendendolo a una croce, ma Dio lo ha risuscitato al terzo giorno e volle che si manifestasse, non a tutto il popolo, ma a testimoni prescelti da Dio, a noi che abbiamo mangiato e bevuto con lui dopo la sua risurrezione dai morti.

E ci ha ordinato di annunciare al popolo e di testimoniare che egli è il giudice dei vivi e dei morti, costituito da Dio. A lui tutti i profeti danno questa testimonianza: chiunque crede in lui riceve il perdono dei peccati per mezzo del suo nome».

Verbum Domi-ni. R. De- o gra-ti- as.

## Salmo responsoriale

*Il salmista:*

Dal Salmo 117

R. Que-sto è il gior-no che ha fat-to il Si-gno-re:  
ral - le - gria - mo - ci ed e - sul - tia - mo.

*L'assemblea ripete:*

Questo è il giorno che ha fatto il Signore: rallegramoci ed esultiamo.

1. Rendete grazie al Signore perché è buono,  
perché il suo amore è per sempre.

Dica Israele:

«Il suo amore è per sempre». R.

2. La destra del Signore si è innalzata,  
la destra del Signore ha fatto prodezze.  
Non morirò, ma resterò in vita  
e annuncerò le opere del Signore. R.

3. La pietra scartata dai costruttori  
è divenuta la pietra d'angolo.  
Questo è stato fatto dal Signore:  
una meraviglia ai nostri occhi. R.

## Seconda lettura

*Cercate le cose di lassù, dove è Cristo.*

Dalla lettera di san Paolo apostolo ai Colossei

3, 1-4

Fratelli, se siete risorti con Cristo, cercate le cose di lassù, dove è Cristo, seduto alla destra di Dio; rivolgete il pensiero alle cose di lassù, non a quelle della terra.

Voi infatti siete morti e la vostra vita è nascosta con Cristo in Dio! Quando Cristo, vostra vita, sarà manifestato, allora anche voi apparirete con lui nella gloria.

Verbum Domini. R. De- o gra- ti- as.

## Sequenza

*La schola e l'assemblea:*

I Victimæ pascha-li laudes \* immo-lent chris-ti-an-i. Agnus redemit oves: Christus inno-cens Patri re-conci-li-a-vit pecca-to-res. Mors et vi-ta du-el-lo

confli-xe-re mi-rando: dux vi-tæ mortu-us regnat vi-  
 vus. Dic no-bis Ma-ri- a, quid vi-distii in vi- a? Se-  
 pulcrum Christi vi-ventis: et glo-ri- am vi-di re-sur-  
 gentis. Ange- li-cos testes, suda- ri- um et vestes. Sur-  
 rexit Christus spes me- a: præcedet su- os in Ga-li-  
 læ- am. Sci-mus Chris-tum surre-xisse a mortu- is  
 ve-re: tu no-bis, victor Rex, mi-se-re- re.

### Canto al Vangelo

*Il diacono porta solennemente il Libro dei Vangeli all'ambone.*

*La schola:*

VI

Alle-lu- ia, alle-lu- ia, alle- lu- ia.

*L'assemblea ripete:* Alleluia, alleluia, alleluia.

*La schola:*

1 Cor 5, 7-8

Pascha nostrum immolatus est Christus;  
itaque epulemur in azymis sinceritatis et veritatis, alleluia.


*L'assemblea ripete:* Alleluia, alleluia, alleluia.

## Vangelo

Egli doveva risuscitare dai morti.

### Il diacono:

Dominus vobiscum.



R. Et cum spi-ri-tu tu- o.

¶ Lectio sancti Evangelii secundum Ioannem 20, 1-9



R. Glo-ri- a ti-bi, Domi-ne.

Prima autem sabbatorum Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum et videt lapidem sublatum a monumento.

Currit ergo et venit ad Simonem Petrum et ad alium discipulum, quem amabat Jesus, et dicit eis: «Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus, ubi posuerunt eum!».

Exiit ergo Petrus et ille alias discipulus, et veniebant ad monumentum. Currebant autem duo simul, et ille alias discipulus præcucurrit citius Petro et venit primus ad monumentum; et cum se inclinasset, videt posita linteamina, non tamen introivit.

Venit ergo et Simon Petrus sequens eum et introivit in monumentum; et videt linteamina posita et sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.

Tunc ergo introivit et alter discipulus, qui venerat primus ad monumentum, et videt et credit. Nondum enim sciebant Scripturam, quia oportet eum a mortuis resurgere.



Verbum Domi-ni. R. Laus ti- bi, Christe.

### Il diacono greco:

Σοφία: ὁρθοί, ἀκούσωμεν τοῦ ἀγίου Εὐαγγελίου.

### Il Santo Padre:

Εἰρήνη πᾶσι.



R. Kai tō pνeū - ma - tí sou.

### Il diacono:

Ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην ἀγίου Εὐαγγελίου τὸ ἀνάγνωσμα.

20, 1-9



R. Δόξα σοι, Κύρι ε, δόξα σοι.

### *Il diacono:*

Πρόσχωμεν.

Τῇ δὲ μᾶς τῶν σαββάτων Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἔρχεται πρωῒ σκοτίας ἵτι οὕσης εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ βλέπει τὸν λίθον ἡρμένον ἐκ τοῦ μνημείου. τρέχει οὖν καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον καὶ πρὸς τὸν ἄλλον μαθητὴν ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς, καὶ λέγει αὐτοῖς: ἥραν τὸν κύριον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ ὀīδαμεν ποῦ ἔθηκαν αὐτόν.

ἔξηλθεν οὖν ὁ Πέτρος καὶ ὁ ἄλλος μαθητής, καὶ ἤρχοντο εἰς τὸ μνημεῖον. ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὄμοι: καὶ ὁ ἄλλος μαθητῆς προέδραμεν τάχιον τοῦ Πέτρου καὶ ἤλθεν πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ παρακύψας βλέπει κείμενα τὰ ὅθυνα, οὐ μέντοι εἰσῆλθεν. ἔρχεται οὖν καὶ Σίμων Πέτρος ἀκολουθῶν αὐτῷ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρεῖ τὰ ὅθυνα κείμενα, καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, οὐ μετὰ τῶν ὅθυνών κείμενον ἀλλὰ χωρὶς ἐντευλιγμένον εἰς ἕνα τόπον. τότε οὖν εἰσῆλθεν καὶ ὁ ἄλλος μαθητῆς ὃ ἐλθὼν πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ εἶδεν καὶ ἐπίστευσεν: οὐδέπω γάρ ἤδεισαν τὴν γραφὴν ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι.

Δό - ξα σοι,    Κύ - ρι - ε,    δό - ξα σοι.

*Il Santo Padre bacia il Libro dei Vangeli e benedice con esso l'assemblea.*

### *La schola:*

Εἰς πολ - λὰ ἐ - τη,    Δέ - σπο τα.

### **Omelia**

*Silenzio per la riflessione personale.*

### **Credo (III)**

#### *Il cantore:*

V

Credo in unum De-

um, Patrem omnipotentem,

facto- rem cæ- li et terræ, vi-si-bi- li- um omni- um et in-

#### *L'assemblea:*

vi- sibi- li- um. Et in unum Dominum Ie- sum Christum

#### *La schola:*

Fi-li- um De- i Uni-geni-tum, et ex Patre na- tum ante

omni- a sæ- cu-la. De- um de De- o, lumen de lumi-ne,

#### *L'assemblea:*

*La schola:*



De- um ve-rum de De- o ve-ro, ge-ni-tum, non fac- tum,



consubstanti- a-lem Patri: per quem omni- a fac-ta sunt.

*L'assemblée:*




Qui propter nos homi-nes et propter nostram sa- lu-tem

*La schola:*




descendit de cæ-lis. Et incarna- tus est de Spi- ri- tu



Sancto ex Ma-ri- a Virgi-ne, et homo factus est.

*L'assemblée:*



Cru- ci-fi- xus et-i- am pro no-bis sub Ponti- o Pi- la-to;

passus et sepul- tus est,

*La schola:*

et resurrexit tertia die, secundum Scripturas,

*L'assemblée:*




et ascendit in cæ- lum, se-det ad dexte- ram Pa- tris.


*La schola:*



Et i-te-rum venturus est cum glo-ri- a, iudi-ca-re vi-vos et



mortu- os, cu-ius regni non e-rit fi-nis. Et in Spi-ri-tum



Sanctum, Dominum et vi-vi-fi-cantem: qui ex Patre Fi-

*La schola:*

Musical notation for the schola's part of the first verse, featuring a soprano vocal line with black note heads on a four-line staff.

li- oque pro-ce-dit. Qui cum Patre et Fi-li-o simul ado-

Musical notation for the schola's part of the second verse, continuing the soprano line.

ra-tur et congle-ri-fi-ca-tur: qui locu-tus est per prophe-tas.

*L'assemblea:*

Musical notation for the assembly's part of the first verse, featuring a soprano vocal line with black note heads on a four-line staff.

Et unam, sanctam, catho-li-cam et aposto-licam Eccle-si-

*La schola:*

Musical notation for the schola's part of the second verse, continuing the soprano line.

am. Confi-te- or unum bap-tisma in remissi- onem pec-

*L'assemblea:*

Musical notation for the assembly's part of the first verse, featuring a soprano vocal line with black note heads on a four-line staff.

ca-to-rum. Et exspecto re-surrecti- onem mortu- o-rum,

*La schola:*

*La schola e l'assemblea:*

Musical notation for the schola and assembly's parts of the second verse, featuring a soprano vocal line with black note heads on a four-line staff.

et vi-tam ventu-ri sæ-cu-li. A- men.

**Preghiera universale  
o dei fedeli**

*Il Santo Padre:*

Fratelli e figli carissimi,  
nella gioia della vittoria di Cristo  
sul peccato e sulla morte,  
eleviamo al Padre la nostra fiduciosa preghiera.

*Il cantore:*

Musical notation for the cantor's part of the universal prayer, featuring a soprano vocal line with black note heads on a four-line staff.

Dominum deprecemur.

*L'assemblea:*

Musical notation for the assembly's part of the universal prayer, featuring a soprano vocal line with black note heads on a four-line staff.

Te rogamus, audi nos.

*Il diacono:*

1. Oremus pro Ecclesia sancta Dei.

*Preghiera in silenzio.*

La grazia della Pasqua  
faccia risplendere la Chiesa di nuova bellezza:  
forte nella fede, gioiosa nella carità e tenace nella speranza  
conduca tutti all'incontro con il Signore risorto e vivo.

*Il cantore:* Dominum deprecemur.

*R.* Te rogamus, audi nos.

*Il diacono:*

2. Oremus pro publicis moderatoribus.

*Preghiera in silenzio.*

La luce sfolgorante della Pasqua  
rischiari le scelte dei governanti:  
liberi da ogni compromesso con il male,  
si dedichino alla costruzione della civiltà dell'amore.

*Il cantore:* Dominum deprecemur.

R. Te rogamus, audi nos.

*Il diacono:*

3. Oremus pro pauperibus et afflictis.

*Preghiera in silenzio.*

La ricchezza dei doni pasquali  
colmi con sovrabbondanza i poveri e gli afflitti:  
strappati dalla miseria e dall'angoscia,  
possano godere la pienezza della vita.

*Il cantore:* Dominum deprecemur.

R. Te rogamus, audi nos.

*Il diacono:*

4. Oremus pro omnibus baptizatis.

*Preghiera in silenzio.*

La vita nuova scaturita dalla Pasqua  
raggiunga tutti i battezzati:  
nutriti con il Corpo e il Sangue di Cristo,  
riscoprano il desiderio e il gusto della santità.

*Il cantore:* Dominum deprecemur.

R. Te rogamus, audi nos.

*Il diacono:*

5. Oremus pro ægrotantibus et morientibus.

*Preghiera in silenzio.*

La vittoria pasquale sul male e sulla morte  
consoli gli ammalati, i moribondi e quanti li assistono:  
sostenuti dalla vicinanza dei fratelli,  
si affidino a Gesù, risorto e vivo.

*Il cantore:* Dominum deprecemur.

R. Te rogamus, audi nos.

*Il Santo Padre:*

O Padre,  
accogli con bontà la preghiera dei tuoi figli  
e donaci il tuo Spirito,  
per vivere nella storia da risorti.  
Per Cristo nostro Signore.

R. Amen.

## LITURGIA EUCARISTICA

*Il Santo Padre:*

Orate, fratres:  
ut meum ac vestrum sacrificium  
acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

R. Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis  
ad laudem et gloriam nominis sui,  
ad utilitatem quoque nostram  
totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

### Sulle offerte

*Il Santo Padre:*

Sacrificia, Domine, paschalibus gaudiis  
exsultantes offerimus,  
quibus Ecclesia tua  
mirabiliter renascitur et nutritur.  
Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

PREGHIERA EUCARISTICA

**Prefazio**

Cristo Agnello pasquale

*Il Santo Padre:*

Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

R. Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

R. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare:  
Te quidem, Domine, omni tempore confiteri,  
sed in hac potissimum die gloriosius prædicare,  
cum Pascha nostrum immolatus est Christus.

Ipse enim verus est Agnus  
qui abstulit peccata mundi.  
Qui mortem nostram moriendo destruxit,  
et vitam resurgendo reparavit.

Quapropter, profusis paschalibus gaudiis,  
totus in orbe terrarum mundus exsultat.  
Sed et supernæ virtutes atque angelicæ potestates  
hymnum gloriæ tuæ concinunt, sine fine dicentes:

**Sanctus**  
*(Lux et origo)*


*La schola: L'assemblée:*

IV



Sanctus, \* Sanctus, Sanctus Domi-nus De-


*La schola:*



us Sa-ba- oth. Ple-ni sunt cæ- li et ter-ra glo-

*L'assemblée:*

*La schola:*




ri- a tu- a. Ho-sanna in ex-cel-sis. Be-ne- dictus

*L'assemblée:*



qui ve- nit in no- mi-ne Do-mi-ni. Ho- sanna



in ex-cel- sis.

**Preghiera eucaristica I**  
o Canone romano

*Il Santo Padre:*

Te igitur, clementissime Pater,  
per Iesum Christum, Filium tuum,  
Dominum nostrum,  
suplices rogamus ac petimus,  
uti accepta habeas  
et benedicas ✿ hæc dona, hæc munera,  
hæc sancta sacrificia illisbata,  
in primis, quæ tibi offerimus  
pro Ecclesia tua sancta catholica:  
quam pacificare, custodire, adunare  
et regere digneris toto orbe terrarum:  
una cum me indigno famulo tuo,  
quem Ecclesiæ tuæ præses voluisti,  
et omnibus orthodoxis atque catholicæ  
et apostolicæ fidei cultoribus.

Memento, Domine,  
famulorum famularumque tuarum N. et N.

*Si prega brevemente per coloro che si vogliono ricordare.*

et omnium circumstantium,  
quorum tibi fides cognita est et nota devotio,  
pro quibus tibi offerimus:  
vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis,  
pro se suisque omnibus:  
pro redēptione animarum suarum,  
pro spe salutis et incolumitatis suæ:  
tibique reddunt vota sua  
æterno Deo, vivo et vero.

Communicantes,  
et diem sacratissimum celebrantes  
Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi secundum carnem:  
sed et memoriam venerantes,  
in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ,  
Genetricis eiusdem Dei et Domini nostri Iesu Christi:  
sed et beati Ioseph, eiusdem Virginis Sponsi,  
et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum,  
Petri et Pauli, Andreæ,  
Iacobi, Ioannis,  
Thomæ, Iacobi, Philippi,  
Bartholomæi, Matthæi,  
Simonis et Thaddæi:  
Lini, Cleti, Clementis, Xysti,  
Cornelii, Cypriani,  
Laurentii, Chrysogoni,  
Ioannis et Pauli,  
Cosmæ et Damiani  
et omnium Sanctorum tuorum;  
quorum meritis precibusque concedas,  
ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio.

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ,  
sed et cunctæ familiæ tuæ,  
quam tibi offerimus  
pro his quoque,  
quos regenerare dignatus es ex aqua et Spiritu Sancto,  
tribuens eis remissionem omnium peccatorum,  
quæsumus, Domine, ut placatus accipias:  
diesque nostros in tua pace disponas,  
atque ab æterna damnatione nos eripi  
et in electorum tuorum iubeas grege numerari.

Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus,  
benedictam, adscriptam, ratam,  
rationabilem, acceptabilemque facere digneris:  
ut nobis Corpus et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui,  
Domini nostri Iesu Christi.

Qui, pridie quam pateretur,  
accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas,  
et elevatis oculis in cælum  
ad te Deum Patrem suum omnipotentem,  
tibi gratias agens benedixit,  
fregit,  
deditque discipulis suis, dicens:

**ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES:**  
**HOC EST ENIM CORPUS MEUM,**  
**QUOD PRO VOBIS TRADETUR.**

*Il Santo Padre presenta al popolo l'ostia consacrata e genuflette in adorazione.*


Simili modo, postquam cenatum est,  
acciopiens et hunc præclarum calicem  
in sanctas ac venerabiles manus suas,  
item tibi gratias agens benedixit,  
deditque discipulis suis, dicens:

**ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES:**  
**HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI**  
**NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI,**  
**QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR**  
**IN REMISSIONEM PECCATORUM.**

**HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM.**

*Il Santo Padre presenta al popolo il calice e genuflette in adorazione.*

*Il Santo Padre:*  
Mysterium fidei.  
*L'assemblée:*



Mortem tu- am annunti- amus, Do-mi-ne, et tu- am  
re-surrecti- onem confi- temur, do-nec ve-ni- as.

*Il Santo Padre:*  
Unde et memores, Domine,  
nos servi tui,  
sed et plebs tua sancta,  
eiusdem Christi, Filii tui, Domini nostri,  
tam beatæ passionis,  
necnon et ab inferis resurrectionis,  
sed et in cælos gloriosæ ascensionis:  
offerimus præclaræ maiestati tuæ  
de tuis donis ac datis  
hostiam puram,  
hostiam sanctam,  
hostiam immaculatam,  
Panem sanctum vitæ æternæ  
et Calicem salutis perpetuæ.

Supra quæ propitio ac sereno vultu  
respicere digneris:  
et accepta habere,  
sicuti accepta habere dignatus es  
munera pueri tui iusti Abel,  
et sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ,  
et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech,  
sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Supplices te rogamus, omnipotens Deus:  
iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui  
in sublime altare tuum,  
in conspectu divinæ maiestatis tuæ;  
ut, quotquot ex hac altaris participatione  
sacrosanctum Filii tui Corpus et Sanguinem sumpserimus,  
omni benedictione cælesti et gratia repleamur.

Memento etiam, Domine,  
famulorum famularumque tuarum N. et N.,  
qui nos præcesserunt cum signo fidei,  
et dormiunt in somno pacis.

*Si prega brevemente per i defunti che si vogliono ricordare.*


Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus,  
locum refrigerii, lucis et pacis,  
ut indulgeas, deprecamur.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis,  
de multitudine miserationum tuarum sperantibus,  
partem aliquam et societatem donare digneris  
cum tuis sanctis Apostolis et Martyribus:  
cum Ioanne, Stephano,  
Matthia, Barnaba,  
Ignatio, Alexandro,  
Marcellino, Petro,  
Felicitate, Perpetua,  
Agatha, Lucia,  
Agnete, Cæcilia, Anastasia  
et omnibus Sanctis tuis:  
intra quorum nos consortium,  
non æstimator meriti,  
sed veniæ, quæsumus, largitor admitte.  
Per Christum Dominum nostrum.

Per quem hæc omnia, Domine,  
semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis,  
et præstas nobis.

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,  
est tibi Deo Patri omnipotenti,  
in unitate Spiritus Sancti,  
omnis honor et gloria  
per omnia sæcula sæculorum.

*L'assemblée:*



## RITI DI COMUNIONE

*Il Santo Padre:*

Præceptis salutaribus moniti,  
et divina institutione formati,  
audemus dicere:

*Il Santo Padre e l'assemblia:*

The musical notation consists of five staves of Gregorian chant in common time, featuring square neumes on four-line red staves. The lyrics are written below each staff.

Pa-ter noster, qui es in cæ-lis: sancti- fi-ce-tur no-

men tu- um; adve-ni- at regnum tu- um; fi- at vo-lun-

tas tu- a, sic-ut in cæ-lo, et in terra. Pa-nem

nostrum co- ti- di- a-num da no-bis ho-di- e; et di-

mitte no-bis de-bi-ta nostra, sic-ut et nos dimit-

timus de-bi-to-ri-bus nostris; et ne nos indu-cas in  
tentati-o nem; sed li-be-ra nos a ma-lo.

*Il Santo Padre:*

Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis:  
Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis:  
ne respicias peccata nostra,  
sed fidem Ecclesiæ tuæ;  
eamque secundum voluntatem tuam  
pacificare et coadunare digneris.  
Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

R. Amen.

*Il Santo Padre:*

Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis,  
da propitijs pacem in diebus nostris,  
ut, ope misericordiæ tuæ adjuti,  
et a peccato simus semper liberi  
et ab omni perturbatione securi:  
exspectantes beatam spem  
et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

*L'assembléa:*

Qui- a tu- um est regnum, et po-testas, et glo-ri- a  
in sæ-cu-la.

*Il Santo Padre:*


Pax Domini sit semper vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

*Il Santo Padre spezza l'ostia consacrata.*

**Agnus Dei**  
*(Lux et origo)*


*La schola:*



Agnus De- i, \* qui tol-lis pecca- ta mun-di:

*L'assemblée:*

*La schola:*



mi-se-re- re no- bis. Agnus De- i, \* qui

*L'assemblée:*




tol-lis pecca- ta mun-di: mi-se-re- re no-

*La schola:*



bis. Agnus De- i, \* qui tol-lis pecca- ta mun-di:

*L'assemblée:*



do-na no- bis pa- cem.

*Il Santo Padre:*

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.  
Beati qui ad cenam Agni vocati sunt.

*Il Santo Padre e l'assemblée:*


Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum,  
sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

**Antifona alla comunione**


*La schola e l'assemblée:*

1 Cor 5, 7-8


VI




R. Pascha nostrum \* immo- la-tus est




Christus, alle-lu- ia; i-ta- que e-pu-



le- mur in a- zy- mis since- ri-ta-tis et ve-



ri-ta- tis, alle- lu- ia, alle- lu- ia, al-



le- lu- ia.

*La schola:*

Confitemini Domino, quoniam bonus,  
quotiam in sæculum misericordia eius. **R.**

Sal 117, 1

NEI CIELI UN GRIDÒ RISUONÒ

*La schola e l'assemblea:*



1. Nei cie-li un gri-do ri-suo - nò: al - le - lu - ia!



Cri - sto Si - gno-re tri-on - fò: al - le - lu - ia!



Al - le - lu - ia, al - le - lu - ia, al - le - lu - ia!

2. Morte di croce egli patì: alleluia!

Ora al suo cielo risali: alleluia!

Alleluia, alleluia, alleluia!

3. Cristo ora è vivo in mezzo a noi: alleluia!

Noi risorgiamo insieme a lui: alleluia!

Alleluia, alleluia, alleluia!

4. Tutta la terra acclamerà: alleluia!

Tutto il tuo cielo griderà: alleluia!

Alleluia, alleluia, alleluia!

5. Gloria alla santa Trinità: alleluia!

Ora e per l'eternità: alleluia!

Alleluia, alleluia, alleluia!

*Silenzio per la preghiera personale.*

**Dopo la comunione**

*Il Santo Padre:*

Oremus.

Perpetuo, Deus, Ecclesiam tuam pio favore tuere,  
ut, paschalibus renovata mysteriis,  
ad resurrectionis perveniat claritatem.  
Per Christum Dominum nostrum.

**R.** Amen.

## RITI DI CONCLUSIONE

*Il Santo Padre:*

Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Benedicat vos omnipotens Deus,  
Pater, ☩ et Filius, ☩ et Spiritus ☩ Sanctus.

R. Amen.

*Il diacono:*

Ite, missa est, alleluia, alleluia.



The musical notation consists of a single melodic line on a staff. The notes are primarily eighth notes and sixteenth notes, with some quarter notes and rests. The rhythm is varied, with some notes having stems and others being simple note heads. The line starts with a quarter note, followed by a series of eighth and sixteenth notes, then a quarter note, and so on, creating a repetitive pattern.

R. De-o gra-ti-as, alle-lu-ia, alle-lu-ia.

## Antifona mariana

REGINA CÆLI

*La schola e l'assemblea:*

VI

Re-gi-na cæ-li, \* læ-ta-re, alle-lu-ia, qui- a quem  
meru- isti portare, alle-lu-ia, re-surre-xit, sic-ut di-  
xit, alle- lu-ia; o-ra pro no-bis De- um, alle- lu- ia.

## MESSAGGIO PASQUALE E BENEDIZIONE «URBI ET ORBI»

*Il Santo Padre pronuncia il Messaggio pasquale.*

*Si annuncia la concessione dell'indulgenza:*

Il Santo Padre Francesco concede l'indulgenza plenaria, nella forma stabilita dalla Chiesa, a tutti coloro che ricevono la sua benedizione, sia attraverso le diverse tecnologie di comunicazione, sia unendosi, anche solo spiritualmente e con il desiderio, al presente rito.

Preghiamo Dio onnipotente perché conservi a lungo il Papa a guida della Chiesa, e conceda pace e unità alla Chiesa in tutto il mondo.

*Il Santo Padre:*

Sancti Apostoli Petrus et Paulus,  
de quorum potestate et auctoritate confidimus,  
ipsi intercedant pro nobis ad Dominum.

R. Amen.

Precibus et meritis beatæ Mariæ semper Virginis,  
beati Michaëlis Archangeli,  
beati Ioannis Baptistæ,  
et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli  
et omnium Sanctorum,  
misereatur vestri omnipotens Deus et,  
dimissis omnibus peccatis vestris,  
perducat vos Iesus Christus ad vitam æternam.

R. Amen.

Indulgentiam, absolutionem  
et remissionem omnium peccatorum vestrorum,  
spatium veræ et fructuosæ poenitentiæ,  
cor semper poenitens et emendationem vitæ,  
gratiam et consolationem Sancti Spiritus,  
et finalem perseverantium in bonis operibus  
tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus.

R. Amen.

Et benedictio Dei omnipotentis,  
Patris, ☧ et Filii, ☧ et Spiritus ☧ Sancti,  
descendat super vos et maneat semper.

R. Amen.

*Riproduzione vietata*

TUTTI I DIRITTI RISERVATI

A CURA DELL'UFFICIO DELLE CELEBRAZIONI LITURGICHE  
DEL SOMMO PONTEFICE

---